



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

leiunium III. quoad die[m] & horam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Peccat, qui famulos ad ieunandum obligatos compellit diebus ieuniij ad opera ieunio incompatibilia, quæ commodè possunt differri in aliud diem.num.27.

IEIVNIVM III.

Quoad diem & horam.

A **I**e s ieunio sacrati sunt tota Quadragesima, exceptis Dominicis: Quatuor tempora immediatè sequentia, post diem Cinerum, Pentecosten, exaltationem sanctæ Crucis, & festum sanctæ Luciae. Item dies Vigiliarum quæ præcepto, vel iuri communi, vel particulari præcipiuntur. Et quando vigilia S. Ioannis Baptista incideret in diem Corporis Christi, ieunandum erit die præcedenti scilicet feria quarta, ex præcepto Leonis X. c. 21. num.11.

B **Q**ui voulit ieunare omni feria sexta, non potest vesci carnis, nec omittere ieunium Natali Domini tali die occurrente. num.11.

Ieiunium incipit à media nocte, & durat usque ad medianam noctem sequentem.num. 11. 12.

C **Q**ui notabiliter absque iusta causa præuenit horam prandij, peccat mortaliter. Non tamen



amen frangit iejunium , qui ante vespertas
Quadragesimali tempore comedit. num. 27.

Peccat mortaliter , qui ieunat diebus
Dominicis, superstitione credens in illis ie-
junandum esse contra consuetudinem Chri-
stianam: secus si ob salute in studium, vel bo-
num finem. num. 27.

IEIVNIVM IIII.

Quoad cibos.

NO N frangit iejunium, qui, licet saepius,
bibit aquam , vel vinum, ferò vel manè
etiam ad se sustentandum. cap. 21. num. 13.

Frangit qui edit cibos veritos toties quo-
ties. num. 15.

Oua & lacticinia prohibentur in Qua-
dragasma: in aliis autem ieuniis , tantum
carnes prohibentur iure communi : in Hi-
spania oraria exquantur ex consuetudine.
Quæ ut longa dicatur quoad hoc, debet esse
quadraginta annorum. In novo Orbe , &
terris nouè repertis , & in aliis, in quibus
non est talis consuetudo, seruandum est ius
commune. num. 15.

In collatione sub noctem vtendum est ci-
bis leuibus , comedendo aliquid solius fru-
ctus, vel panis , vel utriusque, iuxta morem
regionis,